Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35060
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Anima mea sicut passer erepta est de
laqueo venantium. l. demonum. Cass.
Cruore longus est mundi istius quibus
dulcedo apposita inquantum tunc recipimus
quando suavius esse iudicatur sic demu
lcentibus spiritu et oculus mentis laqueus
peccatorum sic de avaricia sic de superbia
sic de ceteris et viciis dicendum seu
sentiendum. Hugo. Et bene dicitur sicut pas
ser quia est avis modica indicans
humilem animam de hoc laqueo liberari
Nam beatus Antonius cum videret
per revelacionem totum mundum plenum
laqueis dixit domine quis poterit evadere
omnes laqueos istos Et audivit (?) dominus
sola humilitas scilicet. Laqueus contritus
est non dixit ruptus sed contritus
indicans fortitudinem temptationis
et potenciam liberantis. Et nos
liberati sumus. Jeronimus. Ten
duntur nobis laquei in concupiscen
tiis et diversis dyabolice astucie
dolis sed contrito sathana sub
pedibus meis sic passer superius
evolat ab illis. Hugo. Cuius
causa subiungitur. Adiutorium nostrum
ad laqueorum contricionem et nostram libe
racionem. In nomine domini. l. in virtute
eius, qui fecit celum et terram. Cass.
Profecto nichil illi spirituale potest ad
usum cum divina virtus prestat auxi
lium. Tercia bona in quinto gradu sci
licet ascendit beata devocio utique
corporeos [illegible] inmitate domino superare
valuerit quinarius loci [illegible]
gauderent. Sed hii ne caderent
ne corporis infirmitate titubarent
illa huius gradus remediabilis pre
tendit humilitas ut non sibi aliquid tam

presumptione applicarent sed spem suam totam
ponerent in domino nostro Ihesu Christo qui est
benedictus in secula seculorum Amen. ps. C. XX.

Qui confidunt in domino

Titulus canticum graduum
Cass. Sciens dominus infirmitatis
humane labilem gressum iter virtutum
quibusdam gradibus sub
traxit et sensim ad ardua tendens
desiderium nostrum cum vestigiis po
nitur in plano. Sed quinque scala
ista salutaris competenti ordine
dis videatur esse constructa nulla tamen
virtute subsistimus nisi illic dominum
gratie teneamus. Hugo. Unde
psalmista fidelis ascendens per canticum
graduum quia impediebant prius attribuit
domino suam liberacionem cuius anima
liberatus est ab omnibus adversis que ipsius
impediebat ascensum ostendit
nunc post totam fiduciam ponendam
in domino. Augustinus. Et non intendere
homines qui prosperantur in hoc seculo felicitate
falsa atque ventosa et prosperitas se
ductoria ubi nichil aliud metuit
quam superbia et cor eorum congelascit
adversus deum et fit durum adversus
ymbrem gratie dei ne fructum ferat
hos autem aliquando intuendo et in
vius (?) attendendo et illi qui deum colunt
fluctuat et mutat qui perdicit mer
cedes eorum cum se viderint in laboribus
in egestate in erumpna in morbo
in dolore in aliquo [illegible] et videt
alios habere firmitatem corporis habundare
temporalibus in voluntate suorum gaudere
in honoris flore eos quidem non solum
deum non colunt verum et blasphemis